



Bibliographische Daten

Titel: Hexameron
Ersteller: Mediolanensis, Heiliger Ambrosius
Signatur: 3 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

G.W. 1603/1

Heim x 903

Hexameron Beati Ambrosij Mediolanensis epi. Incipit feliciter

Dies Primus

Qantum ne opinionis assumplisse homines ut aliqui eorum tria principia constituerent omnium deum & exemplar et materiam sicut **Plato** discipulus eius et ea incorrupta et increata ac sine initio esse asseuerarent deumque non tanquam artificem ad exemplar hoc est ideam intendentem fecisse mundum de materia quam vocant *tylen* que gignendi causas rebus omnibus dedisse asseratur ipsum quoque mundum incorruptum nec creatum a factum estimarent. Alij quoque ut **Aristoteles** cum suis disputandum putauit duo principia posuisse alij ponerent materiam et speciem et tertium cum his quod operatorium dicitur cui suppeteret competenter efficere quod adoriandum putasset. Quid igitur tam inconueniens quam ut eternitatem operis cum dei omnipotentis diungerent eternitate uel ipsum opus deum esse dicerent ut celum et terram et mare diuinis prosequerentur honoribus. Ex quo factum est ut partes mundi deos esse crederetur. Quis de ipso mundo non mediocri inter eos questio sit. Nam **Pythagoras** unum mundum asseruit. Alij innumerabiles dicunt esse mundos ut scribit **Democritus** cui plurimum de phisicis auctoritatis vetustas detulit ipsumque mundum semper fuisse et fore. **Aristoteles** usurpat dicere **Plato** autem contra non semper fuisse et semp fore presumit astruere. Plurimi vero nec fuisse semper nec semp fore scriptis suis testificantur. Inter has dissensiones eorum que potest esse ueri estimacio cum alij mundum ipsum deum esse dicant quod ei mens diuina ut putant inesse uideatur. Alij partes eius Alij utrumque in quo nec quod figura sit deorum nec qui numerus nec qui locus aut uita possit aut cura comprehendi. Siquidem mundi estimacionem uolubile rotundam ardentem quibusdam incitatam motibus sine sensu deum ueniat intelligi qui alieno non suo motu feratur. Unde diuino spiritu prouidens sanctus **Moyſes** hominum errores fore etiam cepisse in exordio sermonis sui ait.

mizor

